

dalibus Conciliis editis generalibus, vel speciali- bus Constitutionibus, & Ordinationibus necnon Ecclesiarum prefatarum, ac Nunciature Neap- olis, etiam juramento, confirmatione Aposto- lica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, decretis, usibus, stylis, & consuetudinibus; pri- vilegiis quoque, & indultis, ac literis Aposto- licis sub quibusvis tenoribus, & formis, cum quibuscumque etiam derogatoriarum derogato- riis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & in- solitis clausulis irritantibus, aliisque Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consi- stentialiter, ac alias quomodolibet in contrarium premisorum concessis, ac etiam pluries confir- matis, & innovatis, & approbatis. Quibus om- nibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, ac de verbo ad ver- bum, non autem per clausulas generales idem, importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & infererentur, iisdem presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis, ad premisorum effectum, harum serie specialiter, & expresse, plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse vo- lumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.11. Volumus autem, ut earundem presentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Eccle- siastica constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quae habe- retur ipsis presentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

§.12. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum exemptionis, liberationis, voluntatum, mandatorum, permissionis, Indulti, concessionum, onerationis, moderatio- nis, reformationis, reductionis, decreti, inhi- bitionis, declarationis, sanctionis, & derogatio- nis infringere, seu ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indi- gnationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Pe- tri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incur- surum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Ma- jorem Anno Incarnationis Dominicae Millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, tertio Kal. Februarii Pontificatus nostri Anno Tertio.

LXXXII.

Dat. 16. Febr. 1694. An. 30

Confirmantur, extenduntur, & reformantur Constitutiones Gregorii XI. Sixti IV., & Julii II. super facultatibus Protectorum Ordinum Regularium.

Greg. XI Constitutio edita fuit Maji 27, P. 3. Sixti IV Const. ed. 1472, Jan. 28, P. 2. Julii II Const. ed. 1508, Octob. 15., P. 4. ab hoc Pontif. reforma- ta, & extensa fuit facultas Tribunalis vicarum de Urbe Const. ed. 1692, Nov. 28, P. 2. Et a Clem. XI Const. ed. 1709, Mar. 23, P. 9 concessa fuit jurisdictio Ecclesiastica Capellanis majoribus Exer- cituum Portugalliae.

Christifidelium, qui spretis seculi hujus ille- cebris sub suavi Religionis Jugo divini Numinis sese manciparunt obsequiis, salubriori regimini, & felicioribus in Domino progressibus, quantum Nobis ex Alto conceditur, prospicere satagentes, inter multiplices curas, quibus occurrentium rerum, negotiorumque varietati- bus obsidemur, ad illam quoque Nostrae conside- rationis aciem dirigimus, per quam hujusmodi Religiosorum Ordines S.R.E. Cardinalium pro- tectioni commissi, ita ejusdem protectionis per- fruantur subsidio, ut claustralis disciplina vigor illibatus permaneat, Institutique observantia, facta tecta servetur, ac propterea, quae curae hujusmodi Protectorum, & quae curae censura Superiorum Regularium respective, & magis apte conveniunt congrua distinctione ordinentur, seu potius, quae respectu alicujus Ordinis per Roma- nos Pontifices Praedecessores Nostros proinde de- super ordinata noscuntur, quoad illum Confir- mationis Nostrae munimine constabulantur, & quoad eundem, & alios Ordines praefatis Prote- ctoribus, sive similiter, sive dissimiliter com- mendatos, pro una, eademque regula, ad li- mites tamen presentium, pariformiter consti- tuantur. Sane licet Sanctus Franciscus de Assi- sio in ejus Regula, per Sedem Apostolicam confir- mata hisce verbis = Praecipit = Per obedientiam ad hoc injungo Ministris, ut petant a Domino Papa unum de Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui sit Gubernator, Protector, & Corrector istius Fra- ternitatis, ut semper subditi, & subiecti pedibus ejusdem S.R.E. stabiles in fide Catholica paupertatem, & humilitatem, & Sanctum Euangelium Domini Nostri Jesu Christi, quod firmiter promittimus, ob- servemus = Nihilominus nonnulli Romani Ponti- fices Praedecessores Nostri Protectoris hujus- modi facultates declarandas, sineque, quibus illae concludi deberent, praescribendos esse, in Domino existimaverunt, suisque desuper editis Li- teris decreverunt.

§.1. Cum enim aliqui eorumdem Protecto- rum suam potestatem nimium extendisse dice- rentur in pluribus, ex quibus in Ordine Mino- rum graves perturbationes, & scandala fuissent exorta, felic. record. Gregorius Papa XI. Prae- decessor Noster suis sexto Kal. Junii Pontificatus sui Anno tertio expeditas Literis, ut idem Ordo in sua primava quiete permaneret, de virtu- te in virtutem iret assidue, & quibuslibet amo- tis praepedimentis, eradicatisque spinis, & tribu- lis, fructum non solum consuetum sed etiam uberiorem afferret, ad radicalem submotionem turbationum, & scandalorum hujusmodi jam exortorum, & ne orirentur in posterum provide- re, ac ejusdem Ordinis pro tempore existentibus Protectoribus transgressionis suae potestatis occasionem tollere efficaci remedio cupiens: Auctoritate Apostolica eidem Protectoribus dis- trictius inhibuit, ne praesumerent quaecumque ordinata, statuta, sive disposita, aut ordinan- da, statuenda, seu disponenda per Generalia, vel Provincialia, aut Custodialia Capitula infringere, reprobare, corrigere, suspendere, aut dif-

Exordium ex causis hujus Constitutionis peticum.

Moderatio fa- cultatis Card. Protectoris pro ordine Fr. Minorum et Gregorio XI. facta.

pensare super his, seu contra ea, vel eorum, aliquid quomodolibet immutare, nisi contra praemissos articulos in praefata regula, ut praefatur positos, vel aliquem ipsorum existeret manifeste. Aut quemcumque Praelatum, seu Officiale dicti Ordinis, seu alicujus Locum ejusdem quocum- que nomine nuncuparetur, ponere, seu institue- re, aut deponere, destituere, seu privare, aut a suo Officio suspendere, seu impedire super ejus libero exercitio quovis modo. Aut aliquem Fra- trem Ordinis antedicti ad Lecturatum, aut quam- cumque Lecturam, seu studium, vel gradum, promovere, aut promotos ab eis removere, seu, etiam revocare. Aut de loco ad locum mittere aut mutare, sive alicui Fratrum eorumdem eun- di ad quocumque Monasterium, vel locum alium, vel domum, vel aliquam personam, li- centiam impartiri. Et ne insuper quemvis sin- gularem Fratrem memorati Ordinis de quocum- que crimine, vel delicto punire, vel a poena, seu poenitentia liberare, aut eam minuire, au- gere, vel immutare. Aut etiam alicui Fratri lo- cum, Cameram, Cellam, libros, vel alias res dicti Ordinis concedere, vel ejus, illi deputare. Aut quemcumque per Praelatos ejusdem Ordinis, aut alios deputatum quomodolibet amovere. Nec etiam de rebus, aut correctione Fratrum dicti Ordinis, nisi in casibus praemissis contentis in praefata Regula, seu eorum aliquo se aliquate- nus intromittere quovis modo, itaut dictus Ordo, seu Fratres ejusdem Ordinis in nullo subes- sent futuris Protectoribus, nisi in casu, in quo ipsorum Fratrum Communitas, vel Generales Capitulum (quod abesset) a praedictis articulis, vel eorum aliquo deviasent, alioquin si secus fecissent, id decrevit irritum, & inane. Et ni- hilominus Fratres qui contra ejusmodi inhibiti- onem quidquam impetrassent, seu post inhibiti- onem ejusmodi usi fuissent etiam per alios impe- tratis, punirentur, illis poenis, quibus fuissent pro gravibus culpis secundum statuta dicti Ordi- nis puniendi, & nihilominus essent actibus priva- ti legitimis, & a suis, si quae habuissent suspensi officii ipso facto. Ceterum memoratus Grego- rius Praedecessor eisdem futuros Protectores hor- tatus fuit attentius, quod per facti efficaciam sic nominis sui officii procurarent effectum, ut Ordo ipse per eos non laederetur in aliquo, sed potius ab adversis, pro tempore forsan imminenti- bus, seu opportuno defensionis clypeo protege- retur, & a noxiis praeservaretur: sic acturi pro- vide, & aequitatis, ac modestiae limites servaturi, ut non traheretur ad noxam, quod provifum fuerat ad salutem, sed ex charitativis gestis eor- um Ordo praefatus quietem, & consolationem perciperet, & ipsi Protectores magnum apud Deum praemium fortirentur, & super contrario non oporteret dictae Sedis providentiam aliud re- medium adhibere.

Confirmata & declarata fuit a moderatio Grego- rii XI a Six- to IV.

§.2. Successive recol. mem. Sixtus Papa IV. etiam praedecessor Noster, qui cum sibi in mino- rium constituto memorati Ordinis generalis cura, & administratio incubuisset, saluberrimum, opportunum, & necessarium dicto Ordini fuisse conspexerat, ut Protectores ultra praefixum, ab ejusdem Ordinis Regula, auctoritate non ex- tenderent, nam expertus fuerat, & viderat quanta pax, quies, utilitas, quantaque commo- dia praefato Ordini, & Fratribus ejusdem ex fir- ma, & inconcussa praefatarum Literarum dicti

Gregorii pariter Praedecessoris observantia pro- venerant, quae, & quanta perturbationes, ja- ctura, incommoda, damna, & gravia scandala in dicto Ordine suscitata fuerant, quoties illius Protectores suae auctoritatis limites excedere at- tentantes in particularibus dicti Ordinis, & Fra- trum ejusdem causis, & negotiis se intromittere, & usurpata sibi auctoritate ea videre, cognosce- re, judicare, & decernere voluerant: cupiens, ut Religio, & Ordo praefatus, quem affectuosissi- ma charitate complectebatur, utpote quia in eo a teneris annis enutritus, & doctrina, ac regu- laribus disciplinis, & moribus institutus fuerat, quieto consistens statu, virtutibus, & meritis au- geretur, & multiplicaretur, ut Fidei Catholicae, & Christianae Republicae augmentum, & mul- tiplex, ac solidum fundamentum ex ejusdem Or- dinis Fratrum operibus, & exemplis, sapientia, splendore, ac fructuosis studiis, & praedicationi- bus provenirent, promptissimo, & liberali ani- mo uti dignum censuit, & debitum, ut ea, quae pro ipsius Ordinis quiete, pace, tranquillitate, & prosperitate a Romanis Pontificibus Praedec- soribus provide statuta, & ordinata fuerant, illi- bata perdurarent, suae approbationis munimine solidavit, interpretatus fuit, & declaravit, prout ipsius Ordinis tranquillitati conspexit salubriter expedire. Praemissa igitur dictarum memorati Gregorii Praedecessoris Literarum insertione ac praevia hujusmodi narrativa, idem Sixtus Prae- decessor, ut de cetero ipsius Ordinis professoribus omnis evagandi extra Religionem occasio tolle- retur, & vera suis Praelatis obedientia, in qua Religionis verum, & solidum fundamentum, & robur consistit, exhiberetur, praefataque Ordi- nis, & Fratrum ejusdem negotia, & cause non, alibi, neque per alios, quam in ipso Ordine, & per ipsius Praelatos tractarentur, agerentur, ju- dicarentur, & determinarentur, tunc existentis Generalis dicti Ordinis Ministri, ac totius gene- ralis Capituli in hac parte supplicatibus incli- natus, inhibitionem, ac Literas praefatas memo- rati Gregorii Praedecessoris auctoritate Apostoli- ca suarum tenore Literarum approbavit, & ro- bur perpetuae firmitatis obtinere debere decre- vit. Et per eas Protectori praefato pro tempore existenti, nisi in illis casibus, & articulis in Re- gula dictorum Fratrum expressis, & praefati Gre- gorii Praedecessoris Literis declaratis, neque in illis, dum non universi, sed aliqui ipsius Ordinis professores in quovis numero a Fidei unitate; Sacrosanctae Romanae Ecclesiae obedientia devia- rent, vel Regulam praefatam non servarent, sed de eorumdem deviantium, & non observan- tium Regulam correctione, aut reductione, ac aliis quibuslibet causis, & negotiis dicti Ordinis se intromitteret, inhibuit, & super contrario decrevit, & declaravit. Hortatusque fuit illum, qui ad officium Protectionis hujusmodi, quod tunc per obitum bon. mem. Bessarionis Epi- scopi Sabinensis dicti Ordinis, dum viveret, Pro- tectoris, vacabat, assumi, & deputari contigisset, & ipsius Successores dicti Ordinis Protecto- res, ac eis in virtute sanctae obedientiae districtae praecipiendo inhibuit, ne extra praedictos articu- los, & casus in Regula praefata contentos, & ex- pressos, nec etiam in illis, cum non universus Ordo, sed aliqua ipsius pars, vel speciales perso- nae errarent, ipsorum Fratres querelas audire, seu de ipsorum causis, & negotiis contra Literas,

Xx

& de

Regularibus utriusque sexus, tum Superioribus etiam Generalibus, tum Subditis, ne iisdem omnibus, & singulis, ut praefertur, praemissis pareant, obediant, morem gerant, adhaereant, seu illa tolerant, vel permittant, sive omnia, vel singula praemissa quaecunque fiant, seu attententur per sententias, vel Decreta, sive in forma judiciali, sive extrajudiciali, tam per patentes, quam per privatas Literas, seu epistolas, sive per se ipsos, sive per quoscunque alios, nedum per viam praeccepti, iussionis, mandati, vel commissionis, sed etiam commendationis, & sive palam, sive secrete tum in quibuscunque scriptis, tum ore tenus, & tam directe, quam indirecte, mediate, vel immediate, ac aliis quibuscunque formis, & modis, nihil penitus omisso, praefatorum omnium conscientias desuper onerantes.

Revocantur ad praescriptam formam omnes Protectorem facultates.

§.15. Propterea omnes, quascunque, & singulas facultates, auctoritates, & jurisdictiones quomodocunque, qualitercumque, & quomodocunque, tam in genere, quam in specie omnibus, & singulis ante hac, sive nunc existentibus Protectoribus hujusmodi, & tam eorum personis, quam gradui, muneri, vel officio concessas, & attributas, vel communicatas, seu ab illis quoquo modo exerceri consuetas, etiam speciali, & individua mentione, moderatione, seu revocatione dignas, earundem omnium, & singularum tenores, ac de verbo ad verbum inserti essent, pro plene, & sufficienter expressis habentes, in omnibus, & singulis, quae praemissis adversantur, moderamus, reformamus, & ad limites, modum, formam, & tenorem praesentium reducimus, & pro sic moderatis, reformatis, & reductis haberi, censi, & intelligi volumus, & decernimus: sicque pariter, & non alias quam servata forma praesentium omnium, ac singularum in illis contentorum facultates, jurisdictiones, & auctoritates hujusmodi, necnon deputaciones eorumdem Protectorum in posterum quomodocunque concedendas, attribuendas, seu communicandas, & respective faciendas, observari, attendi, intelligi, & exequi omnino volumus, & mandamus.

Committeretur praemissarum executioni Congregationi Episcopali, & Reg. Auditori Camerae Apostolice.

§.16. Quocirca praefata Congregationi memoratorum negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum Cardinalium, & dilecto filio Curiae Causarum Camerae Apostolicae Generali Auditori per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus omnibus, & singulis praemissis semper salvis, & in suo robore permanentibus, Congregatio, vel Auditor praefati praesentes Literas in ea parte, quae praedictam moderationem, seu limitationem facultatum Protectorum hujusmodi, ac in contrarium desuper ab iisdem Protectoribus gerendorum, nullitatem, seu irritationem dumtaxat concernunt, ubi, & quandoque opus fuerit, quoties pro parte quorumcunque desuper interesse habentium Congregatio, vel Auditor praefati fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque desuper efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra eadem praesentes in dicta parte dumtaxat firmiter observari, & singulos, quos eadem Litera in dicta parte concernunt, illis pacifice gaudere, non permittentes eos quomodolibet indebite molestari, contradicere, auctoritate nostra, appellatione, postposita compescendo.

§.17. Decernentes easdem praesentes Literas, & in eis contenta quaecunque, etiam ex eo, quod omnes, & singuli supradicti, & alii quicunque cujusvis status, gradus, ordinis, conditionis, praeminentiae, vel dignitatis, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni, in praemissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere praetendentes, iisdem praemissis non consenserint, nec ad ea vocati, seu auditi fuerint, tamen suorum Indultorum vel Privilegiorum vigore consentire, seu vocari, & audiri semel, vel pluries quoquo modo debuissent, aut ex alia quacunque juridica, privilegiata, & rationabili, ac etiam tali quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, causa, & occasione, colore, pretextu, titulo, etiam oneroso, & capite, etiam in corpore juris clauso, ullo unquam tempore de subreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam maximo, substantiali, essentiali, & formali, aut incogitato defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, rescindi, in controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiendis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessis, quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare nullatenus posse, sed easdem praesentes Literas, & in eis contenta quaecunque semper, & perpetuo firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quomodocunque, & quomodocunque spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari.

§.18. Sicque, & non aliter per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & quoscunque Nuncios, & Cardinales, etiam de Latere Legatos, necnon quascunque eorumdem Cardinalium Congregationes, & quosvis alios qualibet auctoritate, praeminentia, & potestate fungentes, & quomodocunque functuros, sublata, eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & desiniri debere, irritum quoque, & inane, quicquid fecerit super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.19. Non obstantibus omnibus, & singulis praemissis, & quatenus opus sit, nostris, & Cancellariae Apostolicae regulis, & signanter illa de Jure quae non tollendo, & alia, quod Cardinales in Constitutionibus, & regulis per Nos edendis non comprehendantur, nisi illa eorumdem Cardinalium favorem concernant, vel ipsa edendae Constitutiones de illorum, seu majoris partis eorum consilio editae fuerint, aliisque quibuscunque etiam in Generalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, etiam Apostolicis, necnon quorumcunque, & singularum Ordinum Regularium, Religionum, Congregationum, seu Reformationum, Institutis, Regulis, Statutis, Decretis, & Ordinationibus quibuscunque, etiam in limine creationis, foundationis, seu reformationis, etiam in Comitibus Generalibus quoquomodo factis,

Clausula.

Ad perpetuam rei memoriam.

etis, ac usibus, styli, & consuetudinibus quibuscunque, etiam centenariis, & immemorabilibus; Privilegiis quoque, & Indultis, ac Literis Apostolicis quibuscunque sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibuscunque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet, in contrarium praemissorum concessis, editis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quantiscunque vicibus innovatis; quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentioni, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singularum tenores, formas, causas, & occasiones, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & inferrentur, iisdem praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, servatis, & specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, harum serie specialiter, & expresse, ac plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

§.20. Volumus autem, ut earundem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem proflus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quae haberetur praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

§.21. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, reductionis, reintegrationis, sanctionis, mandatorum, prohibitionis, Statuti, Decretorum, derogationum, voluntatum, ademptionum, restitutionum, concessionum, consolidationum, annexionis, unionis, hortationis, obsecrationis, praeccepti, renovationis, annulationis, cassationis, irritationis, declarationis, onerationis, moderationis, & reformationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majoris Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto. Quarto decimo Kal. Martii Pontific. nostri Anno Tertio.

LXXXIII.

Dat. 6. Martii 1694. An. 3.

Assignantur Puellis Conservatorii Divinae Providentiae de Urbe decem subsidia dotalia ex quibusdam Archiconfraternitatibus, & Confraternitatibus.

Similis assignatio fit Puellis Hospitii pauperum invaditorum de Urbe Constitutione sequenti.

CUM, sicut accepimus, Conservatorio Divinae Providentiae nuncupato de Urbe multum levamenti proventurum sit, si dilectis in Christo filiabus in illud nunc receptis, ac pro tempore recipiendis pauperibus Puellis aliquot subsidia dotalia ex illis, quae a nonnullis Archiconfraternitatibus, ac Confraternitatibus ejusdem Urbis distribui solent, annis singulis assignentur: Nos considerantes summopere decere Puellas praefatas, quo facilius statui suo consulere valeant, hujusmodi subsidia adjuvari, illisque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotata existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, necnon quorumcumque Testamentorum, aliarumque etiam ultimarum voluntatum atque dispositionum tenores, & alia quaecunque etiam specificam, & individua mentionem, & expressiorem requirentia praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, ut de cetero annis singulis decem subsidia dotalia ex iis, quae per Archiconfraternitates, & Confraternitates infra scriptis Puellis maritandis, vel monachandis dispensantur, una cum pretio vestis eis dari solitae, totidemque Puellis Conservatorii praefati nunc, & pro tempore existentibus, etiam si forsan juxta formam, & dispositionem quorumcunque testamentorum, aliarumque ultimarum voluntatum, ac tam causa mortis, quam inter vivos dispositionum, & ordinationum, statutorum quoque, ac consuetudinum, & usuum quorumvis qualitate non sint, a dilectis filiis modernis, seu pro tempore existentibus Archiconfraternitatum hujusmodi Administratoribus, Officialibus, seu Ministris quocunque nomine nuncupatis, ad quos ea res spectat, & pro tempore spectabit ad effectum matrimonii, vel Monachatus, realiter, & cum effectu praestari, & assignari debeant, tenore praesentium praecipimus, & mandamus. Ita videlicet, ut quatuor subsidia hujusmodi, quorum duo sint quinquaginta, reliqua vero duo sint quadraginta scutorum monetae Romanae pro quolibet, ab Archiconfraternitate Annunciationis Beatae Mariae Virginis in Ecclesia ejusdem Sanctae Mariae super Minervam de Urbe praefata, canonice instituta, ea tamen lege, ut in his quatuor subsidii unum subsidium dotale quod ipsa Archiconfraternitas uni ex Puellis Conservatorii hujusmodi quotannis praestare consuevit, comprehensum intelligatur, & ita ut si unquam propter considerabilem ejusdem Archiconfraternitatis reddituum diminutionem cetera subsidia dotalia, quae dicta Archiconfraternitas aliis Puellis distribuere solet, diminui contigerit, pari modo dicta quatuor subsidia, salvo tamen semper eorum numero praedicto, diminui debeant. Alia tria subsidia quorum unumquodque sit vi-

Causa d. Assignationis.

Assignatio dicta. i. e. d. motu proprio facta, videlicet.

4. Ex Archiconfraternitate Annunciationis B.M.V.

3. Ex Confraternitate SS. Rosarii.

& declarationes hujusmodi intrmittere se quomodo præsumerent; sed curarent, vigilarent, & intenderent, uti erat eorum officium, & prædicti Sancti Francisci, & præfata Sedis intentio fuerat, ipsum Ordinem in quieto, tranquillo, & pacifico statu conservare, & augere, & ab impugnantibus, molestantibus, & perturbantibus protegere, defendere, & tueri, ne secus agendo Ordinem præfatum non solum non protegerent, conservarent, & exaltarent, ut tenebantur, sed in animarum suarum perniciem, & dicti Ordinis detrimentum, & scandalum perturbarent, destruerent, & confunderent: ut in ejusdem Sixti Prædecessoris Anno Incarnationis Dominicæ Millefimo quadringentesimo septuagesimo secundo quinto Kalendas Februarii Pontificatus sui Anno secundo expeditis Literis continetur.

Approbatio d. moderatoris Gregorii, & declarationis Sixti a Julio II. edita.

§.3. Quas, ac alias præfatas memorati Gregorii Prædecessoris Literas præ mem. Julius Papa II. etiam Prædecessor Noster, qui in minoribus constitutus Cardinalatus honore fulgens, dicti Ordinis Protector viginti sex annis, & ultra fuerat, discipulosque Fratres tanquam peculiare filios in visceribus charitatis gerens, eadem commoda, & tranquillitatem sinceris affectibus exoptabat, prævia ambarum præfatarum infertione, aliis suis Literis sub Datum Anno Incarnationis præfate millefimo quingentesimo octavo, Idibus Octobris, Pontificatus sui Anno Quarto, approbavit, ac earumdem suarum Literarum patrocinio communiavit.

Preces d. v. fororum Ordinum.

§.4. Cupientes itaque, & pluries animo atente revolvimus, etiam in hac parte Apostolicæ sollicitudinis studium apponere, ac nolentes salutaris provisionis remedium jam diu a Nobis præmeditatum, ac etiam a quampluribus diversorum Ordinum Regularibus suppliciter petitum, diutius differre dictorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum vestigiis inhaerentes, Motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, necnon de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium, & Dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum pietate, doctrina, prudentia, & rerum usu præstantium ad hunc effectum de mandato Nostrorum congregatorum consilio, præfatas memoratorum Gregorii, Sixti, & Julii prædecessoris Literas tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innovamus, & ad primævum statum, pristinumque usum reducimus, & reintegramus, illisque in omnibus, & per omnia perpetuum, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus.

Extensio etiam d. Confessionum ad omnes Ordines, Religiones, & Congregationes utriusque sexus.

§.5. Insuper, ut in omnibus, & singulis quorumcumque Regularium Ordinibus memoratorum Protectorum curæ commissis, seu committi consuetis, una, eademque, & pariformis hujusmodi protectionum sit, & perpetuo esse debeat regula, & disciplina, omnia, & quæcumque tam in præfatorum prædecessorum, ut præfertur, confirmatis, quam in præsentibus nostris Literis contenta, in omnibus, & singulis, sive S. Francisci, sive cujuscumque alterius Regule, vel Instituti, fac quomodocumque erectis, reformatis, seu existentibus, ac erigendis, reformandis, seu futuris, & quomodolibet nuncupatis, seu nuncupandis Ordinibus, Religionibus, Congregationibus, vel Reformationibus tam Viros, quam Mulierum, curæ Protectorum Or-

dinis, cujus illi, seu illæ existunt, generaliter commissorum, seu commissarum, observanda, attendenda, ac omnimodæ executioni demandanda esse, & fore, motu scientia, & potestatis plenitudine paribus, hac in perpetuum valitura Constitutione sancimus, & mandamus.

Protectores non se ingerant negotiis particularibus

§.6. Et nihilominus ne hujusmodi Protectores in aliquibus negociis, causis, seu rebus, quæ universum Ordinem, seu totum corpus Religionis non concernunt, ex quacunque causa, occasione, titulo, seu prætextu sese quoquo modo intromittant, seu ingerant, etiam tenore præsentium penitus prohibemus, statuimus, atque decernimus.

Revocatis Protectorum facultatibus Cardinalium, Congregationum conceduntur omnes appellationis gradus.

§.7. Hinc cum, retento præfatarum a Nobis confirmatarum, & ad omnes Ordines Regulares extensarum, ac præsentium nostrarum Literarum themate, congruere, & in consequentiam venire videatur, ut memorati Protectores, etiam a cognitione, & definitione causarum, seu litium, vel negotiorum dictos Regulares, vel eorum bona, jura, domos, aliaque, ut præfertur, particulariter concernentium, pariter, seu magis abstinere, vice autem verâ cause, & lites, instantiæ, petitiones, vel negotia hujusmodi, sive ex Indultis, privilegiis, aut Constitutionibus Apostolicis, sive ex Regulis, vel Statutis, seu Ordinationibus aliquorum Ordinum, sive ex declarationibus, vel Decretis dictæ S. R. E. Cardinalium aliquibus Congregationibus præpositorum, sive ex usu, vel quacunque consuetudine, in aliqua instantia, seu gradu cujuscumque appellationis, vel recursus a memoratis Protectoribus, seu eorum aliquibus hæcenus cognita, examinata, seu judicata fuerint, vel cognosci, examinari, seu judicari potuisse, vel debuisse dignoscerentur, seu prætenderentur: propterea ut modus, forma, & ordo in præfatis confirmatis, & extensis, ac præsentibus nostris Literis constituti, suum plenarium, & consimilem etiam in hac parte fortiantur effectum, omnibus, & singulis præfatis Indultis, Privilegiis, Constitutionibus, Regulis, Statutis, Ordinibus, Declarationibus, Decretis, usibus, & consuetudinibus, quorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti essent, pro plene, & sufficienter expressis habemus, plenissime, & amplissime motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, illis alias in suo robore permanens, ac quacumque instantiam, sive gradum cujuscumque appellationis, vel recursus coram Protectoribus, seu ad Protectores hujusmodi, removens, tollentes, seu recusantes, quacumque instantiam, prout de jure, & juxta Ordinis instituta relinquimus, & cujuscumque appellationis, seu recursus gradum, quem singulis Cardinalibus Protectoribus tenore præsentium omnino, & absolute adimimus, ipsis Cardinalibus, insimul tamen in Congregatione negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositis convenientibus earumdem tenore præsentium restituimus, concedimus, tribuimus, & impartimur, seu verius utrumque, seu duplicem appellationis gradum, qui super præmissis prius ad Cardinales Protectores præfatos, & successive, vel respective, omisso medio ad memoratam Congregationem devolvebantur in eadem Congregatione consolidamus, annectimus, & unimus,

mus, & ad unum cognitionis, seu appellationis gradum reducimus.

Revocatur ad novam formam Protectorum facultates aliquæ agendi, vel aliquos deputandi.

§.8. Ad hæc cum pariter ex Indultis, Privilegiis, seu Constitutionibus Apostolicis, vel ex Regulis, Statutis, seu Ordinationibus, sive ex usibus, & consuetudinibus, vel alias quoquo modo, aliqua nonnullis Prælatos, Superiores, seu alios in aliquibus Ordinibus eligendi, seu deputandi, vel alia quæque facultas, seu auctoritas nonnulla quæcumque gerendi, committendi, mandandi, demandandi, seu ordinandi præfatis Protectoribus, seu aliquibus eorum quomodolibet attributa, commissa, commendata, seu demandata specialiter, vel generaliter contra formam præfatarum Gregorii, & Sixti prædecessorum Literarum existant. Hinc Nos hujusmodi electiones, seu deputaciones ad limites Sacrorum Canonum, seu Regularum, & Instituti, vel ad modum, & formam in Comitibus Generalibus, seu per Nos auctoritate Apostolica statuendum, & statuendam reducimus, & reductas esse volumus, & mandamus.

Protectorum facultates Congregationibus conceduntur.

§.9. Quo vero ad cætera, facultatem, seu auctoritatem, quam iisdem singulis Cardinalibus Protectoribus in præmissis, & circa ea penitus adimimus, eorumdem Cardinalium Congregationibus, juxta cujuslibet Congregationis facultates, congrua congruis referendo, similiter restituimus concedimus, tribuimus, & impartimur; sub ea tamen moderatione, seu declaratione, ut præfate Congregationes in illis dumtaxat, quæ ad Protectores hujusmodi ex Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis seu ex Statutis, Regulis, vel Constitutionibus cujuslibet respective Ordinis, non autem ex usu, consuetudine, vel alias spectarent, loco eorumdem Protectorum subrogentur, & subrogata sint, & intelligantur.

Congregationibus a quo potestere debent votum, vel committere informationes, & executiones.

§.10. Quia vero sæpe sæpius contingit, ut in Causis, seu negotiis, quæ in memoratis dictorum Cardinalium Congregationibus proponuntur, exquiratur super expositis informatio, ac quomodocumque etiam Votum, seu delegetur resolutorum exequutio, eandem proportionem, seu distinctionem, quam præmissimus, etiam in hac parte servari mandamus, ut nimirum in respectibus totum Ordinem Protectorum Curæ, ut præfertur, commissis, seu relictis, iisdem Protectoribus; in cæteris vero casibus, & negotiis Superiori Generali, seu Procuratori Generali, & in utroque, seu alterutro casu, etiam Congregationi, sive Assistentium, sive Dissidentium, sive Consultorum, sive aliter quomodocumque nuncupata hic in Urbe, vel in alio Italia loco existentis, in qua Ordinis negotia tractantur, seu tractari solent, vel debent, & quoad illos Ordines, in quibus hujusmodi insimul, & continue conveniens Congregatio non existit, seu existit, sed extra Italiam, eidem Procuratori Generali, vel soli, vel insimul etiam nonnullis aliis ejusdem Ordinis Superioribus, seu Prælatibus tametsi in diversis locis in Italia, seu extra eam respective, ut præfertur, commemorantibus, arbitrio semper cujuslibet ex præfatis Cardinalium Congregationibus, juxta reum, locorum, & personarum qualitates, & circumstantias respective, informatio, & Votum, ut præfertur, necnon exequutio hujusmodi, congrua congruis referendo, & servata cæteroquin quoad singulos Ordines forma pro-

prie Regule, Statutorum, seu Instituti, remittatur, delegetur, seu committatur.

Protector, & vocales in electionibus humanis respectus, & conatus contemnant.

§.11. Perpendentes etiam Christianæ Reipublicæ præceteris expedire, ut Ordinibus Regularibus Prælati inculpatæ vitæ, morumque integritate, virtutibus, meritis, rerumque experientia præstantiores, & aptiores præficiantur, & ad hunc effectum omnimodam, & ab humanis respectibus undequaque immunem, & Sacrosanciam libertatem in illorum electionibus, nedum mirabiliter conferre, sed requiri, memoratos Protectores in Domino hortamur, & enixe obsecramus, ac Electoribus pariter in Domino, & in virtute Sanctæ Obedientiæ districtè præcipimus, seu hortationes, obsecrationes, & præcepta hujusmodi renovamus, ut in Comitibus præsertim Generalibus, quibus eisdem pro tempore præsidere, & respective interesse contingerit, nedum interesse, & aliis intra Claustra degentibus, sed exteris ipsis quibuscumque etiam Laicis quacumque majestate, præcipientia, gradu, & Dignitate fulgentibus, propria indifferentiæ, ac unici in Dei gloriam, & Religionis bonum respectus, ita se præbeant singulare specimen, & exemplar, talemque hujus recte intentionis, & melioris operationis odorem diffundant, ut illi propterea vexationes, & importunas commendationes, ubi Spiritus Paraclitus spirat, & præsidet, inutiles, & incongruas esse, fore, certius agnoscentes, ab iisdem proffis abstineant, seu desistant, indeque tam intrinsecus, quam extrinsecus, omnibus vexationibus, commendationibus, machinationibus, humanique finibus eliminatis, & explosis, integra, illibata, & intacta vocalibus remaneat eligendi facultas, & tam Superioris Generalis, quam aliorum respective Prælatorum, undequaque libera, optima, & canonica sequatur electio, ad quam cum Voto, si quod, & eo modo, quod Protectori juxta cujuscumque Ordinis Regulas, Statuta, vel alias competit: Deum, ejusque honorem, & gloriam dumtaxat præ oculis habens, concurrat.

Solis convenientibus Protectoribus, & vocalibus conceditur facultas eligendi.

§.12. Nolumus tamen absentium Vota, nec Protectoris, nec cujuscumque alterius, nec etiam ipsarum Cardinalium Congregationum auctoritate suppleri, seu alios Vocales eorumdem absentium loco, seu vice subrogari, deputari, seu eligi, sed jus eligendi in solis, juxta juris, & Instituti regulas ad hunc effectum assumptis, & in definitis, & tempore convenientibus consolidari, seu alias, prout de jure, permanere omnino volumus, & mandamus.

Præd. omnia Protectoribus interdicta nullo declarantur.

§.13. Ut autem præmissa omnia, & singula eo magis debitum consequantur effectum, & executioni demandentur, ac ad majorem cautelam, seu declarationem, omnia quæcumque, & singula, quæ in præmissis confirmatis, & extensis, & præsentibus nostris Literis sunt quoquo modo explicate, vel implicite memoratis Protectoribus interdicta, in posterum annullamus, cassamus, & irritamus, seu potius nulla, cassa, inania, irrita, nulliusque roboris, & momenti ipso jure, & ipso facto omni meliori modo declaramus, atque decernimus.

Inhibitio facta Protectoribus, & Superioribus Religionibus circa præmissa.

§.14. Mandantes iisdem nunc, & pro tempore in futurum existentibus Protectoribus, nec cuncta, vel singula præmissa quoquo modo injungant, faciant, mandent, committant, permittant, sive tolerant, necnon quibuscumque

1. Ex Confraternitate S. Hieronymi Charitatis.

2. Ex Archiconfraternitate SS. Silvestrii & Confolonis.

Modus, & forma concessionis d. d. d. d. d.

fit viginti quinque scutorum pariam, a Confraternitate Sanctissimi Rosarii in Ecclesia supradicta canonice similiter instituta, aliud idem subsidium viginti quinque scutorum similia a Confraternitate sancti Hieronymi Charitatis de eadem Urbe, reliqua demum duo subsidia, quorum singula sint triginta quinque scutorum, & viginti quinque bajocorum ejusdem monete ex iis, quae a quodam Bernardini Rustici Castellani relicta fuerunt, quaeque a Sanctissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum pro medietate, ac Confolonis respective Archiconfraternitatibus, seu Confraternitatibus pariter de Urbe pro alia medietate dispensantur, unum scilicet a dilectis etiam filiis modernis, seu pro tempore existentibus Guardianis, & Camerario ejusdem Archiconfraternitatis, seu Confraternitatis Sanctissimi Salvatoris, alia vero a dicta Archiconfraternitate Confolonis respective praestentur, & assignentur.

§.1. Porro decem subsidiorum dotarium hujusmodi praestatio, & assignatio ita fieri debeat, ut decem Puellae dicti Conservatorii annis singulis ad illa, sicut praemittitur, admittenda nullatenus a memoratis earundem Archiconfraternitatum Administratoribus, Officialibus, seu Ministris visitentur, & eligantur, seu nominentur, sed illarum electio, seu nominatio, ac omnimoda de decem subsidiis dotariis hujusmodi disponendi facultas ad dilectos pariter filios modernos, seu pro tempore existentes Deputatos ejusdem Conservatorii (quorum erit eas Puellas eligere, seu nominare, quae vitae, ac morum honestate, modestia, atque, aliave ratione ceteris antecellant) penitus pertineat, ubi vero ab illis electio, seu nominatio hujusmodi, ut praefertur, facta fuerit, Cedula subsidiorum hujusmodi promissoriae, quae sane liberae prorsus, & absque ullo vinculo, aut conditione, juxta modum a Congregatione eorumdem Deputatorum praescribendum, faciende erunt, una cum pretio vestis, sicut praemittitur, dari solite, ipsi Deputatis consignari debeant, penes eos asservanda, donec, & quousque iidem Puellis sic electis, seu nominatis, cum nimirum eas in Religione, vel matrimonio, juxta earum vocationem, collocari contigerit, tradantur, ita tamen, ut si quae ex illis, quae sic electae, seu nominatae fuerint, bonum sui specimen praebere non perrexerint, qua in re memorata Congregationis Deputatorum judicio omnino standum erit, illa a commodo, & beneficio in eorumdem subsidiorum dotarium sibi assignatorum cadant, nec illa, seu illorum Cedulas petere, consequi, & obtinere valeant, sed subsidia eis assignata, seu illorum Cedulae hujusmodi, quemadmodum etiam illa, quae ob Puellarum, quibus assignata erant, mortem ante earum matrimonium, vel Monachatum respective secutam, sive ob aliam rationem effectum suum sortita non fuerint, aliis Puellis ejusdem Conservatorii per eosdem Deputatos pariformiter eligendis, seu nominandis assignentur, nec ista in eorum numero, quae Puellis praefatis, sicut praemittitur, quotannis assignari debent, ullatenus computari, sed novae Cedulae illorum promissoriae a supradictis Archiconfraternitatibus, & Confraternitatibus praefatarum Administratoribus, Officialibus, seu Ministris ad favorem aliarum Puellarum per eosdem Deputatos, sicut praemittitur,

subrogandarum, seu nominandarum fieri, iidemque Deputatis, modo, & forma supradictis, consignari debeant. Ceterum quaecumque Conservatorii hujusmodi Puellae, quae ad subsidia dotaria praetata, sicut praemittitur, admittuntur, seu nominatae fuerint, Procellionibus, aliisque publicis functionibus in distributione eorumdem subsidiorum dotarium, aut illorum occasione fieri solitis interesse minime teneantur, sed intra idem Conservatorium Sanctissimi Eucharistiae Sacramentum sumere, aliave pia opera, sive a dictarum Archiconfraternitatum, & Confraternitatum statutis, sive a quorumvis Testatorum, & piorum largitorum, qui eadem subsidia praestari ordinarunt, dispositionibus injuncta, adimplere possint, & debeant. Eisdem vero Puellis statim, ac Matrimonium contraxerint, quod quidem Parochi attestatione a duobus ex Deputatis praedictis subscripta probari sufficiat vel in aliquo Monialium Monasterio professionem regularem per ipsas Moniales emitti solitam expresse emiserint, subsidia dotaria eis, sicut praemittitur, assignata libere, & prompte, nullaque interposita mora, ac absque ulla cautione persolvantur, singulas demum Puellas praedictas ad plura, quam duo ex decem subsidiis dotariis supradictis per memoratos Conservatorii hujusmodi Deputatos nequaquam admitti, seu nominari posse, harum serie decernimus, & ordinamus.

§.2. Decernentes pariter easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dictis Puellis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus praemissis, ac memorati Bernardini, aliorumque Testatorum, & piorum largitorum praefatorum, etiam ultimis voluntatibus, & dispositionibus, quas propter praemissa sufficiunt, & expresse commutamus, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictarum Archiconfraternitatum & Confraternitatum, aliisque quibus etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, usibus, styliis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus, pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earundem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persone in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Clausula.

Ca.

Assignatio praedictorum motu proprio facta.

Ceterum non intendimus per ipsas praesentes literas supradictum Conservatorium in aliquo approbare.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VI. Martii MDCXCIV., Pontificatus nostri Anno Tertio.

LXXXIV.

Dat. 6. Martii 1694. An. 3.

Assignantur Puellis Hospitii Pauperum invalidorum de Urbe viginti subsidia dotaria ex Archiconfraternitate Annunciationis B.M.V.

Constitutione praecedenti assignata fuere decem dotae Puellis Conservatorii Divinae Providentiae de Urbe. Et Const. ed. 1693, Miji 23, P. 2 omnium dotum capaces declaratae fuerunt ad Puella Hospitii.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ex concessione pontificae Puellae d. Hospitii capaces sunt dotari etiam nationalium.

Alias Nos, postquam Hospitium Pauperum Invalidorum in Palatio Nostro Pontificio apud Ecclesiam Sancti Joannis in Laterano de Urbe crexeramus, & institueramus, inibi in mansionibus ab eis, quae sunt virorum, penitus sejunctis, & separatis, etiam pauperes Puellas tuende potissimum earum honestatis gratia collocaveramus, ne illae, quas tanquam praeteris inopes, ac miserales, omnique profus humana ope destitutas in idem Hospitium recipi mandaveramus, aut aliae quaecumque in illud pro tempore recipienda puellae a consequendis subsidiis dotariis, quae per Archiconfraternitates, Confraternitates, aliaque Loca pia, & personas dictae urbis distribui solent, excluderentur, easdem tunc, & pro tempore existentes Hospitii supradicti Puellas ad subsidia dotaria hujusmodi etiam Nationalia obtinenda tamen juxta consuetudines, usus, & statuta quavis Archiconfraternitatum, Confraternitatum, & aliorum Locorum piorum praefatorum, sive quorumcumque Testatorum, & piorum Largitorum, qui eadem subsidia praestari ordinarunt, dispositiones qualificate non essent, seu alias praescriptis requisitis carerent, sub certis modo, & forma tunc expressis habilitavimus, ac habiles, & capaces fecimus, & declaravimus, & alias prout in Nostri Anno Incarnationis Dominicae 1693, Tertio decimo Kalendas Junii Pontificatus Nostri Anno Secundo sub plumbo desuper expeditis Literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberior continetur.

§.1. Nunc autem Nos dilectas in Christo filias Hospitii hujusmodi Puellas amplioribus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes. Motu proprio, ac ex certa scientia, & ma-

tura deliberatione Nostri, deque Apostolica potestatis plenitudine dilectis filiis modernis, & pro tempore existentibus Administratoribus, Officialibus, seu Ministris quocumque nomine nuncupatis Archiconfraternitatis Annunciationis Beatae Mariae Virginis in Ecclesia ejusdem Sanctae Mariae super Minervam de Urbe praefata canonice instituta, ad quos ea res spectat, & pro tempore spectabit tenore praesentium praecipimus, & mandamus, ut ipsi singulis annis viginti subsidia dotaria, quorum decem sint quinquaginta, reliqua vero decem quadraginta scutorum monetae Romanae pro quolibet ex illis, quae per eandem Archiconfraternitatem pauperibus Puellis dispensantur, una cum pretio vestis eis dari solite, totidem Puellis Hospitii praefati nunc, & pro tempore existentibus, ad effectum Matrimonii vel Monachatus realiter, & cum effectu praesentent, & assignent, seu praestari, & assignari curent, & faciant ea tamen lege, ut si unquam, propter considerabilem ejusdem Archiconfraternitatis reddituum diminutionem, caetera subsidia dotaria, quae dicta Archiconfraternitas aliis Puellis distribuere solet, diminui contigerit, pari modo dicta viginti subsidia, saluo tamen semper eorum numero praedicto, diminui debeant.

§.2. Porro viginti subsidiorum dotarium hujusmodi praestatio, assignatio, ita fieri debeat, ut viginti Puellae Hospitii praefati nullatenus a memoratis ejusdem Archiconfraternitatis Administratoribus, Officialibus, seu Ministris visitentur, eligantur, seu nominentur, sed illarum electio, seu nominatio, ac omnimoda de viginti subsidiis dotariis hujusmodi disponendi facultas ad Congregationem dilectorum pariter filiorum modernorum, & pro tempore existentium Hospitii hujusmodi Deputatorum, cujus erit eas Puellas eligere, seu nominare, quae vitae, ac morum honestate, modestia, etate, aliave ratione ceteris antecellant, penitus pertineat; ubi vero a Congregatione praefata electio, seu nominatio hujusmodi ut praefertur facta fuerit Cedula subsidiorum hujusmodi promissoriae, quae sane liberae prorsus, & absque ullo vinculo, aut conditione, juxta modum a memorata Congregatione praescribendum faciende erunt, una cum pretio vestis, sicut praemittitur, dari solite, dictis Deputatis consignari debeant, penes eos asservanda, donec, & quousque iidem Puellis sic electis, seu nominatis, cum nimirum eas in Religione, vel Matrimonio juxta earum vocationem collocari contigerit, iradantur, ita tamen, ut si quae ex illis, quae sic electae, seu nominatae fuerint, bonum sui specimen praebere non perrexerint, qua in re memorata Congregationis judicio standum erit, illa a commodo, & beneficio eorumdem subsidiorum dotarium sibi assignatorum cadant, nec illa, seu illorum Cedulas petere, consequi, & obtinere valeant, sed subsidia eis assignata, seu illorum Cedulae hujusmodi quemadmodum etiam illa, quae ob Puellarum, quibus assignata erant, mortem ante earum Matrimonium, vel Monachatum, respective secutam, sive ob aliam rationem effectum suum sortita non fuerint, aliis Puellis ejusdem Hospitii per dictam Congregationem pariformiter eligendis, seu nominandis, assignentur, nec ista in eorum numero, quae Puellis praefatis, sicut praemittitur, quotannis assignari debent, ullatenus computari, sed novae Cedulae illo-

Modus, & forma distributionis d. d. d. d. d.

rum

rum promissoria a supradictis Administratori- bus, Officialibus, seu Ministris ad favorem alia- rum Puellarum per Congregationem prelatam, sicut premittitur, subrogandarum, seu nomi- nandarum fieri, iisdemque Deputatis modo, & forma supradictis consignari debeant: Ceterum, quacumque Hospitii huiusmodi Puella, que ad subsidia dotalia prefata, sicut premittitur, ad- missa, seu nominata fuerint, Processionibus, aliisque publicis functionibus in distributione eo- rumdem subsidiorum dotalium, aut illarum oc- casione fieri solitis interesse minime teneantur, sed intra idem Hospitium Sanctissimum Eucha- ristie Sacramentum sumere, aliave pia opera, sive a dicta Archiconfraternitatis statuti, sive a quorumvis Testatorum, & piorum Largito- rum prefatorum dispositionibus iuncta adim- plere possint, & debeant. Eisdem vero Puellis, statim ac Matrimonium contraxerint, quod qui- dem Parochi attestacione a duobus ex Deputatis predictis subscripta probari sufficiat, vel in aliquo Monialium Monasterio professionem regularem per ipsas Moniales emitti consuetam expresse, emiserint, subsidia dotalia eis, ut prefertur, as- signata, libere, prompte, nullaque interposita mora, ac absque ulla cautione persolvantur: sin- gulas demum Puellas prefatas ad plura quam, duo ex viginti subsidiis dotalibus supradictis per memoratam Congregationem Deputatorum ne- quaquam admitti, seu nominari posse, harum serie decernimus, & ordinamus.

Clausula.

§.3. Decernentes pariter easdem presentes Literas semper firmas, validas, & efficaces exis- tere, & fore, suosque plenarios, & integros ef- fectus sortiri, & obtinere, ac dictis Puellis in- omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quan- documque spectabit, inviolabiliter observari; si que in premissis per quoscumque Iudices Or- dinarios, & Delegatos, etiam Causarum Pala- tii Apostolici Auditores iudicari, & definiti de- bere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno- ranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus premissis, ac supradic- torum Testatorum, & piorum Largitorum, etiam ultimis voluntatibus, quas propter pre- missa sufficiunt, & expresse commutamus, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicta Archiconfraternitatis, aliisque qui- busvis etiam juramento, confirmatione Aposto-olica, vel quavis firmitate alia roboratis, sta- tutis, usibus, stylis, & consuetudinibus; pri- vilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet conce- ssis, confirmatis, & innovatis. Quibus omni- bus, & singulis, illorum tenores presentibus pro- plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ce- terisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Pisc. die VI. Martii MDCXCIV. Pontif. nostri Anno Tertio.

LXXXV.

Dat. 24. Mart. 1694. An. 3.

Confirmatur Constitutio Clem. VIII. qua inter- dicitur Monachis Congreg. Regularis Castellae

Ord. Cisterciens. in Regno Portugallie appella- tio ad externos iudices, & manifestatio nego- tiorum Congregationis.

Laudata Const. ed. fuit 1592, Aug. 22, P. 1. Hujus Pontificis Const. ed. 1693, Jan. P. 2 prohibita fuit acceptio illegitimarum, & expulsorum. Et Clem. XI Const. ed. 1701, Feb. ed. 19, P. 1 agitur de Vo- calibus.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX injuncto Nobis celitus Apostolice servi- tutis munere illa, que a Romanis Pontifici- bus Prædecessoribus Nostri pro felici Christifide- lium sub suavi Monastici Instituti jugo vota sua Altissimo reddere laudabiliter satagentium statu conservandi, illorumque Religiosa quiete firmiter stabilienda pie, provideque emanasse noscuntur, ut solidiori robore perennet, Apostolice munim- nis Nostri presidio, cum id a Nobis petitur, li- benter constabilimus.

§.1. Dudum siquidem felic. record. Clemens Papa VIII. Prædecessor Noster, ut Religiose Monachorum Congregationis regularis obser- vantia Sancti Bernardi Castellae Ordinis Cister- cien. tranquillitati, prosperoque regimini salubri- ter consulere, Literas in simili forma Brevis edidit tenoris, qui sequitur, videlicet = Clemens Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam, Pastora- lis Nostræ sollicitudinis ratio postulat, ut in his au- ctoritatis Nostræ partes libenter interponamus, per que Religiosorum status quieti, ac prospero regimini opportune consulitur. Sane cum Religio- forum proprium sit in humilitatis, & obedientie spiritu, Deo servire, & a secularium rerum cura, a qua cum Religionem profitentur omnino se subtraxisse, debent penitus liberaffe, nihil mag- is eorum quietem perturbare potest, quam si contra proprium huiusmodi Institutum Superi- oribus obedien. recusare, ac ad seculares personas pro eorum regularibus negotiis recurrere non ve- reantur. Hoc siquidem incommodum ex Ordi- nis Cisterciens. submovere, eique obviare cu- pientes felic. record. Alexander IV., Pius II., & Innocentius VIII., ac alii forsitan Romani Pontifi- ces Prædecessores Nostri per suas perpetuo vali- turas Constitutiones inter cetera statuerunt, quod personæ Regulares Ordinis Cisterciens. ali- quo pretextu, vel occasione ab ordinationibus, & correctionibus quibuscumque tam suorum Ab- batum, & Prælatorum, quam etiam Abbatis, & Capituli Generalis appellare, aut curas, & querelas suas extra dictum Ordinem educere, præterquam pro notoria, ac manifesta injustitia, & in eventum denegate justitiæ a Capitulo Ge- nerali ad Sedem Apostolicam tantum appellare, & recursum habere non possint, prout in eorum- dem Prædecessorum literis plenius continetur. Cum autem hoc ipsum in Congregatione regula- ris observantia Sancti Bernardi Regnorum Castellae, que ejusdem Ordinis Cisterciens. existit, & eidem Privilegiis ac Regularibus Institutis utitur inviolabiliter observari maxime deceat, & Nos summopere cupiamus ejusdem Congregationis quieti, & prospero regimini opportunius etiam consulere, Motu proprio non ad alicujus Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex cer- ta scien-

Exordium.

Constitutio Clem. VIII. qua

Confirmata fuit Præde- cessoris Con- stituciones lu- per dicta re- pro Congre- gatione Cas- tellae.

ta scientia, maturaque deliberatione Nostri, ac de Apostolice potestatis plenitudine ex voto ve- nerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. Cardina- lium negotiis Regularium tunc præpositorum. Constitutiones prædictorum Prædecessorum No- strorum, ac Literas desuper confectas, quarum tenores presentibus, ac si de verbo ad verbum, infererentur pro sufficienter expressis haberi vo- lumus, & in eis contenta quacumque auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, & innovamus, illisque perpetua, & inviolabilis firmitatis Apostolice robur adjici- mus, easque in dicta Congregatione Regularis Observantia Sancti Bernardi Regnorum Castellae æque ac si per ea nominatim edita fuissent sub poenis omnibus in illis Constitutionibus eo ipso incurrendis inviolate perpetuo observari debere, decernimus, & mandamus. Et nihilominus hac Nostra perpetuo valitura Constitutione sancimus, ac statuimus, & ordinamus pro perpetuis futuris temporibus nulli omnino personæ dictæ Congre- gationis regularis observantia Sancti Bernardi liceat ab Ordinationibus, visitationibus, corre- ctionibus, reformationibus, privationibus, de- positionibus, aliisque poenis, & sententiis suo- rum Abbatum, Visitatorum, aliorumque Præ- latorum, seu etiam Abbatis reformatoris Ge- neralis ejusdem Congregationis ad aliquem Ju- dicem five Ecclesiasticum, sive secularem, aut aliam quamcumque personam quavis auctoritate, & dignitate, etiam legali, Ducali, aut alia mundana, aut etiam Archiepiscopali, Episcopa- li, vel alia Ecclesiastica præfulgentem appellare, aut alias quoquo modo recursum habere, sed ab eorum superioribus Ordinariis ad Abbatem Ge- neralem, & ab illo ad Capitulum intermedium, & ab isto ad Capitulum Generale recurrere, & coram eis de eorum Juribus experiri juxta dicti Ordinis, & Congregationis privilegia, & regu- laria Instituta teneantur, a prædicto tamen Capitulo Generali pro notoria, & manifesta injustitia, ac in eventum denegate justitiæ ad Sedem Apo- stolicam, ut prefertur, dumtaxat recurrere va- leant. Insuper ejusdem Congregationis Abbati Reformatori Generali, aliisque Abbatibus, Ab- batibus, Prioribus, Priorissis, Monachis, Mo- nialibus, & universis, & singulis utriusque sexus Regularibus personis perpetuo interdiciamus, & prohibemus, ac in virtute Sanctæ Obedientiæ di- strictius præcipiendo mandamus, ne unquam tempore non solum de huiusmodi causis, sed etiam de quibuscumque aliis rebus, & negotiis Congregationis ad quascumque personas secula- res, & Ecclesiasticas extra dictam Congregatio- nem, etiam Reges, Duces, & alios Principes seculares, necnon quoscumque in Ecclesiastica Dignitate constitutos, Archiepiscopos, Episco- pos, & alios Ecclesiasticos Prælatos scribere cul- pas Religiosorum, & poenas quibus plectuntur, & alias res, que extraneis personis nota esse mi- nime decet tam per literas, & memorialia, quam oretenus per se, vel per aliquam interposi- tam personam, directe, vel indirecte, tacite, vel expresse quovis quilito colore, vel ingenio signi- ficare, & notas facere de eorum Prælati, aut de omnibus, aut singulis utriusque Sexus ejus- dem Congregationis regularibus personis supra- nominatis penes prædictas personas conquesti, aut coram illis aliqua ipsorum Prælatorum, & dictarum Personarum crimina objicere, aut alia

Item deno prohibita fuit d. appellatio, necnon mani- festatio nego- tiorum Congre- gationis sub gravibus poenis.

Excepta fuit appellatio ad Pontificem in uno casu.

facere, dicere, tractare, que ad Religionem, seu Religiosos ipsos pertineant, audeant, seu pre- sumant. Qui vero in aliquo præmissorum contra presentium tenorem venire, aut aliquid atten- tare præsumperint, eos excommunicationis la- tæ sententiæ, ac perpetua privationis activæ, & passivæ vocis, ac Dignitatum, Officiorum, & administrationum, quorumcumque, inhabili- tatisque ad illa, & alia in posterum obtinenda, carcerisque mancipationem unius anni in cujus omnibus quartis, & sextis feriis disciplinas in Ca- pitulo suscipiant, & in Refectorio panem, & aquam tantummodo in terra manducet poenas, ad quas incurendas sola appellacionum interpo- sitiones, ac literæ, aliæque contra tenorem hu- jusmodi attentata ubique tam in Judicio, quam extra fidem faciant, eo ipso incurrisse, & incur- rere declaramus, poenæque huiusmodi a Nobis tantum, & Romanis Pontificibus remittendas contra eos irremissibiliter infligimus, & promul- gamus. Mandantes in virtute Sanctæ Obedien- tiæ universis, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælati, seu ut præ- fertur, in Ecclesiastica Dignitate constituti, & aliis personis Ecclesiasticis, ut prædictæ Congre- gationis quiete illius Religiosos quoscumque ad eos forsitan recurrentes contra præmissa delin- quentes eorum Superioribus puniendos relin- quant, nec illis aliquo modo contra earumdem presentium tenorem faveant, aut delinquendi occasionem præbeant. Reges autem, Duces, & Principes temporales paterne in Domino hortan- tes, ut qui libertatem Ecclesiasticam, & Reli- giosorum quietem tamquam Catholici Principes tueri tenentur huius Congregationis prosperam, & pacificum statum, qui ex præmissorum occa- sione maxime pendet, conservari curent, & stu- deant. Decernentes insuper presentes Literas, nullo umquam tempore de subreptionis, vel ob- reptionis vitio aut intentionis Nostræ, vel quo- cumque alio defectu, notari, impugnari, vel redargui posse, neque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus Literarum revocationibus, suspen- sionibus, limitationibus, aut contrariis disposi- tionibus comprehendi, sed semper, & perpetuo validas, & efficaces existere, suosque plenos, & integros effectus sortiri, & obtinere: Sicut per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, & Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ac alios ad quos spectat, sub- lata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudican- di & interpretandi facultate, & auctoritate, ju- dicari, & definiti debere: ac irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quavis au- thoritate scienter, vel ignoranter contigerit at- tentari. Quocirca Dilecto filio Abbati, & Re- formatori Generali Congregationis prædictæ nunc, & pro tempore existentii per presentes committimus, & mandamus, quatenus præ- missa omnia statim post presentium susceptionem in Congregatione prædicta, & in omnibus ejus utriusque sexus Monasteriis publicari, eaque om- nia tam per se, quam per Visitatores Ordina- rios, omneque alios inferiores ejusdem Congre- gationis Prælatos ab omnibus utriusque sexus ejusdem Congregationis Regularibus personis in- violabiliter observari faciat. Contradictores, & inobedientes supradictis & aliis poenis juxta ejus- dem Congregationis regularia Statuta, aliisque opportunis Juris, & facti remediis, appellatio- ne om-

Y y

ne omnino postposita compescendo. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibus, ac Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quibuscumque Statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & ad verbum expressa mentio habenda esset, tenores hujusmodi, ac si ad verbum infererentur, præsentibus pro expressis habentes hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentibus Literæ inter Statuta, & diffinitiones ejusdem Congregationis perpetuo observanda describantur; & earum transumptis etiam impressis manu Secretarii dictæ Congregationis, aut alicujus Notarii publici, necnon sigillo ipsius Congregationis, vel alicujus Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ obfirmatis, in dubia ubique in Judicio, & extra æque, ac præsentibus ipsis fides adhibeatur. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die 22. Augusti 1592. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Preces Monachorum Regni Portugallie

§.2. Cum autem, sicut dilecti filii Monachi Congregationis præfate in Regno Portugallie Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi præmissa, quo firmius subsistant, & inviolabiliter serventur, Apostolicæ confirmationis Nostre robore communiri summopere desiderent. Nos specialem, ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præsertim Clementis Prædecessoris Literas cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac innovamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Confirmatio relate Constitutionis

Claufula

§.3. Decernentes easdem præsentibus Literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respectu inviolabiliter, & inconcussè observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in præsertim Clementis Prædecessoris Literis concessa sunt non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut præsentibus Lite-

rarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, in Judicio, & extra illud, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIV. Martii MDCXCIV. Pontificatus nostri Anno Tertio.

LXXXVI.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcopi & Reg. de Lectoribus Monachorum Eremitarum S. Hieronymi Lombardie post 12. annos ad Prioratus Titulares promovendis.

Dat. 3. Aprilis 1694. An. 3.

De electione Priorum aliorumque extat Greg. XIII. Const. ed. 1574, Maji 26, l. 3. Et hujus Pontificis Const. ed. 1695, Jan. 19, P. 4.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Euphemiani Volpinia Placentia, & Petri Hieronymi Coquicomi a Mediolano Monachorum expresse professorum Congregationis Eremitarum Sancti Hieronymi Lombardie, & Lectorum, Congregationi Venerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod alias nempe anno 1676. in Capitulo Generali dictæ Congregationis Monachorum speciale quoddam Decretum ad favorem Monachorum Lectorum editum fuerat pro eis, qui in Civitatibus duodecim annorum spatio legissent, & ad id studium adjuncto Sacra Scripturæ studio, duodecim publicas Cathedras Magistrales sustinissent, concedebatur, ut Priores titulares existerent eodem modo, quo alias a fel. record. Clemente Papa X. Prædecessore Nostro Monachis Congregationis prædictæ, qui Prioris Generalis ipsius Congregationis Officium laudabiliter exercuissent, indultum fuerat, ut absolute Officio hujusmodi Priores pariter Titulares existerent, & declarati intelligerentur; verum tametsi subinde, videlicet die 16. Decembris 1678. Decretum hujusmodi a memorata Congregatione Cardinalium confirmatum, ejusque observantia Superioribus pro tempore existentibus supradictæ Congregationis strictissime injuncta fuissent, prout in Decreto ab eadem Congregatione Cardinalium desuper emanato uberius dicebatur contineri; nihilominus postmodum, nempe in alio Capitulo Generali ejusdem Congregationis anno 1682. celebrato Decretum Capitulare præfatum a Diffinitoribus ipsius Capituli, nesciebatur qua ratione revocatum fuerat; at cum subinde eidem Congregationi Cardinalium pro simili Decreto hujusmodi revocatione obtinenda supplicatum fuisset, ipsa Congregatio Cardinalium rei gravitate perpensa, nihil desuper absolute decreverat; sed rem ipsam per suum Decretum, similiter remiserat tunc in humanis agenti Paulo ejusdem S.R.E., dum vixit, Cardinali Sabello nuncupato præfate Congregationis Monachorum apud Sedem Apostolicam Protectori, qui subinde per quandam suam die

Id determinatum fuerat a Capitulo Gen. 1676, & confirmatum a d. Congregatione.

5. Au-

5. Augusti 1682. scriptam Epistolam tunc existentem Abbati Generali dictæ Congregationis Monachorum se quidem præfate Congregationi Cardinalium pro abolitione supradicti Decreti Capitularis retulisse; sed nihil ab ea desuper resolutum fuisse: ac proinde nec a se, nec ab ipsa Congregatione Cardinalium Decretum ullum memorati Decreti Capitularis abrogatorium editum fuisse significaverat. Ideoque pro parte eorumdem Euphemiani, & Petri Hieronymi assentientium se qualitatibus vigore dicti Decreti Capitularis requisitis præditos esse, & inde ipsam eorum Congregationem desiderare, ut ipsi tanquam de ea benemeriti Prioratus Titulo decorarentur, eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut antequam Dieta pro eorum promotione convocaretur, primò dictum Decretum supradicti Decreti Capitularis confirmatorium a præfata Cardinalium Congregatione, sicut præmittitur, emanatum, ad eorum favorem approbare, & confirmare dignaretur; emanavit ab ipsa Congregatione Cardinalium Decretum tenoris sequentis videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audito Patre Priore Generali prædicti Ordinis, & attentis narratis, censuit, ac decrevit, servandum esse Decretum primum Capituli Generalis, ab eadem Sacra Congregatione die 16. Decembris anni 1678. confirmatum, pro ut præsentis Decreti vigore servari mandavit, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Romæ 18. Decembris 1693.

Decretum Congregationis

Preces Lectorum

Confirmatio relate Decreti

Claufula

fit dictæ Congregationis Monachorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Pisc. die III. Aprilis MDCXCIV. Pontificatus nostri Anno Tertio.

LXXXVII.

Extenduntur binæ Constitutiones de abrogandis Discretis pro Capitulis FF. Capuccinorum ad alias Provincias Aragonie, Valentie, Cathalaunie, Sardinie, & Majoricæ.

Dat. 9. Aprilis 1694. An. 3.

Harum Constitutionum prima ed. fuit 1693, Mar. 29, P. altera vero 1693, Sep. 12, P. 3. Et Constit. ed. 1696, Aug. 4, P. 6 agitur de iis, qui sunt loco Discretorum abrogatorum.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Lias pro parte Charissimi in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Nobis exposito, quod tam prædictorum, & Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quam aliorum diversorum Ordinum Fratres in Regnis utriusque Castellæ existentes sua Capitula Provincialia cum interventu Superiorum Localium Conventuum Ordinum hujusmodi absque Discretis, seu Sociis, qui olim ab ipsis Conventibus, ad effectum sua suffragia ferendi in eisdem Capitulis eligi consueverant, tunc celebrari solebant; id siquidem præterquam quod Decretis Concilii Tridentini Sess. 25. Cap. 6. ibi = Nec in posterum liceat Provinciales, aut Abbates Priores, aut alios quoscunque Titulares ad effectum electionis faciendæ constituere &c. magis conforme videbatur; necessarium quoque compertum fuerat tum ad tollendam, & incommodam, quæ ex eorumdem discretorum seu Sociorum electione in Religioe pacis, & concordie, quæ in Ordinibus prædictis semper florere debet, præjudicium proveniebat, tum ad impediendas relaxationes, quas dependentia, quam tunc Superiores a suis Subditis habebant, producebat; ipsi enim Superiores, ut dictos suos Subditos pro iis in Discretos, seu Socios hujusmodi eligendis, quos ad effectum se perpetuo suarum Provinciarum gubernio conservandi eligi necesse erat, benevolos haberent, regularis discipline conservationi, prout eorum Officium erat, incumbere negligebant. Quocirca quoties dictorum Regnum Religiosi regularis discipline hujusmodi tuende zelo ducti, ad ipsos Provinciarum gubernio pro eorumdem discretorum, seu Sociorum abrogatione ab hac Sancta Sede impetranda confugerant, illud semper eis adfuerat, donec hujusmodi gratiam consecuti fuissent. Et in ea-

In prima Constitutione abrogati fuerunt discreti utriusque Castellæ.

Y y a

deca